

vita hac reipub. & ideo rei communis etiam debet esse  
institutio communis & publica.

VII.

*Cur Matres impensius ament liberos, quàm  
patres?*

Rationes hujus rei hæc possunt dari. 1. Quia matres  
certæ sunt, hos esse suos liberos; Patres verò id tantum cre-  
dunt; quia matres asserunt. 2. Matres sanguine suo in ute-  
ro nutriunt liberos, & progenitos etiam lacte aliquandiu  
alunt. E. Matres liberis sunt conjunctiores, eosq; impen-  
sius amant. Imò quia diutius eos amant matres, quàm  
patres, nempè quamprimum eos concepisse intelli-  
gunt. E. etiam impensius & diutius  
eos amant.

F I N I S.

